



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Libri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

aut cauens damnum communita-
tis, ligat etiam Regulares, non qui-
dem vi legis ciuiliis, sed iuris natu-
ralis. *ibid.*

Numquam autem eos ligat lex
ciuiliis, quandocumque contrauenit
libertati Ecclesiasticae, aut canonici-
bus; in quacumque sit materia, cum
Papæ authoritati magis subsint,
quam Principi sæculari. Imo nec
Monachos adstringit, si priuilegio
sibi concessso contraueniat. *ibid.*

Quod si aliquando Monachi aut
Clerici comprobentur rei legum
ciuilium quibus subduntur, non
possunt trahi ad tribunalia sæcula-
ria, sed puniendi sunt à Iudice Ec-
clesiastico aut Regulari, & hoc non
necessariò secundum dispositionem
legis, sed iuxta arbitrium Iudicis, &
grauitatem materiæ constitutionis
violatae, & scandalum inde exor-
tum. *ibid.*

Plura de hac materia prosequitur
Author in hac & 67. quæst.

L I B R I .

Vide *Imprimere, Hæresis.*

E X Bibliotheca Fratrum Mino-
rum furtim præsumens pro suo

R 5 vñ

266 MATRIMONIVM.

vſu librum , aut quaternum ſurri-
pere , etiamsi Epifcopus fit , ipſo fa-
cto incurrit excommunicationem
Papalem . tom . 2 . q . 129 . art . 1 .

Clemens VIII . prout teſtatur Re-
uerendissimus Pater Francifcus à
Sofa totius Ordinis Minorum Ge-
neralis , reuocauit conſtitutionem
Sixti V. qua ſtatuit pœnam excom-
municationis Papalis , & priuatio-
nis omnium officiorum , neconon
vociſ actiuaे & paſſiuaे cōtra Guar-
dianos ante fuſceptum officium ,
non facientes diligens inuentarium
omnium librorum Bibliotheca ; &
contra quoſcumque Fratres quouis
prætextu , ex ipſa Bibliotheca libros
extrahentes , ſed tantū eos ligari
voluit , qui in fraudem Bibliotheca
aliquid ſurripiunt . ibid .

MAIORATVS.

Vide Hæritas , Monasterium , Mo-
nachus .

MATRIMONIVM.

Vide Legatum , Nouitius , Professor,
Forum .

R Egularis matrimonium con-
trahens , tamquam ſuſpectaſ de-
c̄terefi